¶ Opusculū Roberti Whittintoni in floꝛē tissima Oxonienli achademia Laureati.

¶ Ad inuictissimū pꝛincipem Henricū regem Angliae ꝛ franciae. Pꝛinci pem walliae et dñm Hiberniae:de octenario numero Epygramma.

¶ Ad honoꝛificentissimū dñm Thomam wolcy Cardinalem ꝛ Legatum de latere Libellus de difficultate iusticiae seruādae in reipublicae guber: natione.

¶ Ad eundem panegyꝛicon a laude quattuoꝛ Virtutū cardinalium.

¶ Libellus Epygrammaton.

¶ Ad eximiū pꝛincipem Carolum Brandon Suffolciae ducem.

¶ Ad illustrem virum Thomam Moꝛe:vnū ex pꝛaepotentissimi Regis Angliae Henrici octaui cōsiliariis vtriusq; lingue Lenloꝛem.

¶ Ad lepidissimum poetam Skeltonem Carmen.

¶ Eiusdem inuectiua ad quendam zoilum.

¶ Ad inuictissimũ principem Henricũ octauũ Regẽ Angliae et Franciae principem walliae: et dñm Hiberniae Roberti whittintoni Laureati de octenario numero Panegyricon

Aurea Saturni redeũt nũc saecula fausta
Henrici octaui tempore pacifici.
Octauum numerũ quis non miretur et optet:
Fatatum henrico munere celigenum.
Jusserat octauo numero fabricator Olympi
Voluere fatidicis mistica multa deis.
Orbibus octenis complexa Harmonia coeli
Octeno motu terrea cuncta vigent
Orbe in hoc Henrici concordia summa britannis
Publica res vel eo sceptra regente valet
Et velut errantes sunt septeno orbe planetae
Orbis at octauus sydera fixa tenet.
Sic sceptra angligenũ longis erroribus acta
Henrici octaui tempore firma manent.
Ut prothoplastea est sorbes diffusa per orbem
Diluuio statuit perdere cuncta deus
Diuino monitu Noe quã fecerat archa
Octo animas seruat luctifluis ab aquis.
Cymbula sic nuper petri agitata tyrannis
Et quasi diluuijs obruta visa fuit.

Conſulit omnipotens: Noe velut ecce ſecundo
Henrico octauo: ſit reparata ſalus
Octenis luſtris/octoq; trimeſtribus actis
Imperio Auguſti pax ſub vtroq; polo
Pax ſub vtroq; polo: ſuperum rex miſſus ab arce
Pacifer eſt natus/factus homoq; deus.
Haud ſecus Henrici nunc octenarius annus
Inter chriſticolas pax et vbiq; viget
Pax et vbiq; viget: precibus ſperabimus anno hoc
Principis exoꝛtum cernere floꝛigeri.
Ogdoadem complẽs Iheſus teneri puer eui
Circumciſus erat: ſanguine membꝛa fluunt
Hũc ritum Solymi nabatheaq; regna ab Abꝛamo
Inſtituere ſacrum gens recutita tenent
Ut quod ſepteni numeri imperfectio traxit.
Labis id octauus cuncta ſecando piet
Ferrea ſaecla priꝰ ter plena quaterq; maloꝛũ
Plena Lycaoniae Tantaleaeq; dapis
Ablecat omne nephas nunc virgo Aſtrea ſeuero
Henrici octaui cum Ioue regna tenens
Rex inuicte vale: decadem dum videris euo
Octauum: hinc ſcandas dindyma celſa poli.

TELOS.

¶ Ad reueritissimū in christo patrem ⁊ dñm Thomā miseratione diuina Eboꝝ. Archiep̄m: tit. diuae Ciciliae trās Tiberim Cardinalē p̄sbiterū Apostolice sedis legatū de latere: metuendissimiq; p̄ncipis Henrici octaui Angliae et Franciae Regis Cancellarium dignissimū: sui humillimi Roberti whittintoni Laureati Epygrāma.

Romuleos inter fasces clarissime praesul
Sospite quo: res hec publica sospes erit
Terrae tu columē dec⁹/ ⁊ tutela britānae.
Prudens ⁊ inuigilans/ tu patriaeq; pater.
Huius miraclū saecli/ specimenq; sophiae
(Unicus vt phoenix) solus in orbe nites
Suscipe sincero famulū tibi corde benignū
Inq; clientelam ascribito quaeso tuam
Suscipe lauricomi munuscula parua Roberti
O te si tanto musula digna canat:
Pallados (haud dubito) stipet te turba disertae
Pegasidū fontis vel veneranda cohors
Qui tua gesta canant Sophocleo digna cothurno
Ismario plectro/ Meonia ve chely.
At mea tam valido si non sit robore firma
Calliope: fungar vel vice cotis ego
Post dubias causas/ post magna negocia regni
Post res digestas compositasq; probe
Cum vacat exopto nostrū percurre libellum
Blanda et ineptiolas accipe fronte meas.

Utile si quid inest/vel dulce/sat est: alioquin
Menda soloecismi fors tibi risus erit
Fata secunda tibi donent summos et honores
Numina dentq; mei sis memor ipse. vale
Hunc faustū peragas annum sub sydere dextro
Cumaea augurio et saecula laeta meo

¶ Ad eundem dñm Cardinalem eiusdem Roberti whittintoni Epistola.

Etsi complurimos fore non ignoro virorū prestātissime: qui huius nouelli anni primordio/splendida (vt humanitatis officiū postulat) ꝛ attalica dona tue amplitudini sunt alaturi: hoc exile tamē tui whittintoni munusculū haud aspernabere iterū atq; iterū supplicabūdꝰ obtestor. Nam licet tua celsitudine minꝰ dignū sit multoq; inferius: (magnos enī magna decent) at in magnis voluisse abbunde / etiā si assequi nequiueris magnificū satis et pulchrū existimatur. Artaxersi illi persarū Regi (res memoratu non indigna) aliqñ sui oblectādi gratia vrbē egresso/agros eq̄tādo perlustranti/obuius venit quidam ignobilis / minus vrbanus: qui vtraq; manu vrnulas aquae e propinquo flumine impletas cōportās: Regi (tanq̄ siturienti) aquam degustandam obtulit. Rex autem vt erat animo aequissimo et humanissimo: donum (q̄uis exiguum / ꝛ regia magestate minus dignum) benigne accepit. Plus hilarē datoris (q̄uis pauperrimi) animū: q̄ tantilli munusculi quātitatem pensitans. Quare cū eā in te animi benignitatem/quae olim in Artaxerse Rege esse multis argumētis cognoscimus: has nostras lucubratiunculas abs tua aequitate accceptū iri neutiq̄ diffidimus. Et qm̄ virtus (Philosophi testimonio) circa difficile versatur; hunc libellum de difficultate iusticiae seruandae in republica administrāda tuae dignitati dedicare nō inconsulte decreuimus. Eo desideratiꝰ/q̄ in Justicia administranda alijs ita praefulges: vt Lucifer inter minora sydera. Id quod fama de te per vniuersam Europam celebratissima longe lateq; manifestat. Hūc igitur libellum nostrū succisiuis tēporibꝰ lectitandū suscipere digneris: ꝛ cū ciuilibus negocijs litterariū ociū diuidas. Quod quidē illustrissimos viros factitasse legimus Cneum Pompeiū/et cesarē Augustū: qui inter bellicos tumultus nō intermisisse dicūtur consuetudinē declamandi. Postremo si q̄d in hoc libello insit/q̄d tuae dignitati voluptatē afferat: videor industriae nostrae fecisse satis. In quo scribēdo nō admonitorē: sed tanq̄ tuarū laudū concionatorē me iudices velim. Et animū i te deditissimū potiꝰ q̄ inculti stilli scabriciem aequa fronte accipias. Faxitq; deus vt hoc nostrae erga tuā dignitatē obseruātiae pignus sit perpetuū tuae i nos gratiae suffulcimentū. Quod si vsu venerit: quid desideratius/q̄d foeliciꝰ/hac in vmbratili luce exoptem mihi? Aueto iusticiae singulare specimen: tuiq; whittintoni aliquando memineris.

¶ Ad eundem dñm Cardinalem ꝛ Legatum eiusdē Roberti whittintoni: de difficultate iusticiae seruādae in republica administranda Libellus.

Quae res in terris magis ardua/q̄ ve laborū
Extat plena magꝫ ⁊ q̄ publica iura mīstrās
Ut iustum serues ⁊ aequa pendente bilance
Maiorem fessis humeris vix coelifer Atlas
Sustentat molem: grauius vix Sisyphe saxum
Urges: haud vnq̄ finem visure dolorum
Quod si forte roges causas: quid dixerit audi
Gnarum Chrisippum. Nā si quando male cures
Diuis displiceas bene si mortalibus aeque
Lernaea populus monstrū distortius hydra
Multorū capitum cupit hoc/iam spernit idemqꝫ
Quod spreuit/repetit. modo qđ complexus/ ⁊ odit
Hoc graue/qđ placuit. negat hoc paulo añ ꝓbauit.
Sicqꝫ sibi discors: secus haud q̄ Protheos ora
Mutata in dubias formas variabile vulgus
Jus poscit laesus supplex hic iudice coram.
Clamat idem peccās: poenā huic si iure rependas
Iniuriam queritur. si parcas/aut minus aequo
Castiges: tandem fit vt ipse remissus Aliptes
Non bene curatum/recrudens vulnus omittes
Quod magis inturgens/sic corrumpat mora/iusto
Longior: vt sero/aut frustra: medicamina quaeras
Vulnus (quando recens) cures: aut si male sanū

Mortícino obductum/tua longa remissio fecit
Ad viuũ reseca/mordax cataplasma reponens
Quãta mala ignoscens nimiũ clamentia iniquis
Aggregat: Eschynus iuuenis monet ille Terenti
A sene delíro permissus/vbi hostia fregit
Irrumpens seruos mulctauit virgine rapta.
Ctesipho corruptus/tandem discordia fratrum
Rursus si rigidum te castigando Catonem
Praestiteris: te omnes culpent/supremus ab imo
Ius summũ repetent iniuria summa. Quid ergo
Vis faciam? moneo te inter Scyllã atq; Carybdim
Vt mediũ teneas tractũ/tu nauita cautus.
Irus egens aeque peccet ne/an Chremes abundãs
Perlonge raefert: multa illum cogit egestas
Quae spõte haud faceret: ydoctũ audito Sophoclẽ
Non ex cõsulto peccans nemo malus est. Quid
Peccantem iccirco sine poenis ire solutum
Phas censen? minime. Tractes sed mitius illum
Hic si forte potens erret: quis prodere voce
Audet eũ? Aut si quis submurmuret aure sodali
Hem? Cereri (alter ait) nunc attica sacra. Caueto
Hoc vlcus tangas. Saeuũ ne punge leonem
Esto palam fiat scelus. Hic tum corrigat illos:

Aut hos fautores. velut aegipti ille tyrannus
Expilans patriam/fueras cũ Lentule conſul.
Ne graue quid fiat/ne in eũ quid turpe.ſenatum
Munerib⁹ iugulat:terret ve minis:prece mulcet.
Omne ferens pũctũ/ſic liber ab aere minaci
Perforat hic bombix/culicem quũ tela retẽtat
Proh pudor at dices:vbi facta potẽtia maior/
Partior eſſe velit permiſſa licentia.Cur:Nam
Quod fit in obſcuro contingat cernere nulli:
Aut paucis.Peccet ſi clarus/luce vt aperta
In ſe mille oculos vertit:ceu ſtella comata.
Tot referat linguas patulas/tot pulſitat aures.
Et velut in ſegetem(Borea bacchante) relicta
Fax rapiens flammã præceps ſecũ omnia ſternit:
Armat ĩ oẽ nephas ſec⁹ haud nota publica magni
Ducit ad interitum vulgi mutabile pectus.
Quis recto litis cauſas examine cunctas
Noſcere ſe iactet:iuſto ſecernere iniquum
An qui ſanctarum millena volumina legum:
Munichijs multos annos expalluit agris:
Quid ſibi vult audi/ſentẽtia diua Platonis.
Ille bonus medicus callens qui Peonis artes
Plures aegrotos tractauerit: Ille probuſq;

Sic iudex qui animos. Etsi experientia verum
Purius excutiat/ceu furfure cribra farinam
Fallimur at specie veri: sic lympidus amnis
Decurrens/hastam mediã quã cõtinet aluco:
Obliqua et fracta forma mentitur ocellis.
Quod rectum est animi: nonnũq; perfidus error
Incuruat/vel amore. metu. spe. sacpe vel ira.
Ille Themistocles dux qui res atticus amplas
Imperio gessit: vitio hoc est forte notatus.
Abs quodam monit⁹/ præstet sese omĩbus aeque.
Absit. non faueam magis inquit (dũ queo) amicis.
E regione Cleon. sese excusauit inique.
Nãq; in amicorũ metuebat reddere causis
Iura: sed hos laedi crebro debere monebat
Is quia tum præerat. Melius quãto ille sever⁹
In gnatos Brutus; capitis qui plectere poenas
Iusserat hos: orbum malens se viuere. legi
Quã decsse/aut patriae: partes sic consulis egit.
Exuit et patrem. Poenis et Regulus obses
Postposuit patriae vitam: crudele peremptus.
Spes cacca imperij quantũ saeuire tyrãnos
Impulit in patriam. Tuus edocuit ferus ensis
Sanguine ciuili quando immaduere philippi

Caesar. Et inlignis fraterna caede cruenta
Nequities Numidis semp memorãda Jugurthe.
Perq; immane scelus (proscriptis ciuib⁹) explet
Sylla suis opibus. Tua quã Catilina nephãda
In latiũ rabies: qui iura deorũ hominũq;
Polluerat: auibus finem sortite sinistris.
Nicomaco natus si fortem hũc esse neget/ qui
Nesciat iratsci: pectus nãq; ira ad agendum
Fortiter exacuit: cos vt ferrũ. per eamq;
Seruantur leges: tuta et iura: armaq; sumpta
Pro patria. Tamẽ hãc si non moderere cathena/
Et freno. Praeceps ruet i mala multa: peroptes
Post infecta. Phryges sero sapiũt. Tua Theseu
Impia mens docuit nimio sufflata furore
Cum necis immeritae legem sanciuit iniquã
In sobolem hyppolitum/ quantũ pepit tibi luct⁹:
Quam ratio suadet (nõ fel) tolerabilis ira.
Omnia regna regas si extenta a gadibus vsq;
Fines ad Nabatheos/ sub ditione monarcha
Si cupias/ aut si speres: ira vẽ tumescas
Seruitio premeris. multa et tolerabis iniqua:
Tanta mari vndoso persaepe pericula cernens.
Quis non exclamet: misera o conditio quantum

Quando manu teneas clauũ ciuilibus vndis:
In moderamento cuius/ vigilantia summa
Plena simultatum:ac incuria crimine plena
Austerus pericla feres:ingrata benignus
Insidians sermo:vafra assentatio coram:
Cunctorũ arridens frons:multorum vel iratus
Est animus.Proram quo tũc me vertere suades
Turbinibus tantis:q̃ dulce est viuere priuũ:
Rem tutare tuam:viuas alijs at oportet:
Viuere si tibi vis.Soli nemo sibi natus:
Nostri pars ortus patriae:pars altera amicis
Debetur.censet Chrysippus gigni hominesq̃
Causa hoim:prosint sibi mutuo amando:ducemq̃
Naturã vel in hoc sequimur.Redeam tamen illuc
Quo prius exorsus.Tibi si respublica curae
Ut iustum serues:ne transilialq̃ stateram
Saepe memẽto palam te viuere. Nec tua facta
Posse tegi latebris:quin fama oculatior Argo
Te videat.comitetur.et audiat.insidiosa.
Nil sinit abstrusum:pquirit ipsa recessus.
Ocior et multo volat irreuocabilis aura
Quũ vitijs igitur tu bellum indixeris/ipse
Dux prior accinctus praeeas/vt fortis Athleta

Virginis Astraeae recta et hexilla teneto
Nunc dux/nunc miles/pater idem: cōsule cunctis
Militibus. fortem cernens te exercitus omnis
Fortior assequitur: nihil est/quod ferre recuset
Quod probus ipse subis. Sic corda rebellia legi
Subdideris: te quū Legi parere videbunt.
Qui regit ast (inquis) nullo inficiante: licebit
Quidlibet vt faciat: Nā cuncta pōt. Quis ⁊ audax
Det vitio quod agit, Ciceronem audito. Licere
Nil/quod non leges: maiorum cautaq; iura
Concedūt. Nil turpe decet. Respublica ciues
Format ad exemplar vitae ꝑsaepe regentis
Quid deceat/non quid poteris: specta. ⁊ q̄d honestū
A turpi differt. Tua nec perpendito pluris/
Quā cōmune bonū. Fiscus nā more lyenis
Qui magis inturgēs: reliqua omni corpore mēbra
Debilitat: facias altram (Peleus vt heros)
In delatorem tute obturaueris aurem
Personam haud pēses/sed causam. Verba potētis
Nec magis ac inopis/moueāt te: credulus vnq̄
Haud sis. Nec praeceps sententia prouolet ore
Nil tibi sit subitum. Vigil esto nocte dieq;
Sobrius/et prudēs/moderator doctus/et aequus.

Magnanimus/cõstans/affabilis/atq; benignus
Sic puppim cautus tu per neptunia monstra
Dirige. naufragiũ haud metues ciuilibus vndis
Esto tui domitus/tum aliis dominaberis iure
Unde fit/elicias: iustũ qui obseruet ad vnguem
Si vnũ ex mille/sophos hunc inscribat Apollo

Appendix.

Justo libuli recto secernere iniquum
Cum nõ humanae sit opis/solius at esse
Numinis aetherei donũ: hoc oracula sacra
Uatigeri tripodes probat hoc cõsultus Apollo
Legifero a Mosi deus et cõsultus in Oreb
Si tamen a superis cuiq; tã mystica dona
Sunt data mortali: hoc antistes wolcius euo
Est'is: consilij douo quẽ spiritus almus
Ditat: vt illius famam totus canat orbis
Et pueri atq; senes/inopes/viduae/atq; pupilli
Diuerso ore canunt/tãta est sua plurima virtus
Justicia hic Curius canit vnus: personat alter
Hic sapiensq; Solon: Theodosius ille modestus
Eloquio Pyliusq; senex: affabilis idem
Pompeius (sit opus si quando) Catoq; seuerus

Unus agit tantos multis e millibus vnus
Tantos vnus agit: dignus sub principe celso
Henrico octauo qui publica iura gubernet.

¶ Ad eundem dñm eiudem whitintoni.

Uirtutū summa/vt perhibēt monumenta sophoꝝ
Cardine quadruplici prodit in officium
Uita docet wolci/vel praesulis inclyta virtus
Publici hic Angligenis Cardo satorq; boni
Omnia pace vigent Martis terit arma rubigo
Unde fit: hic prudens nūc quia Cardo vigil
Longa misellorꝝ querimonia tanta silescant
Justiciae Cardo nunc quia cuiq; patet.
Cardineo fortis sis nunc gens teeta galero
Angla sub Henrico et Cardine fausta tuo
Inclyta naufragiū contemnits. nāq; modesto
Sydus amyclaeum Cardine mulcet aquas.

¶ Ad eundem dñm Legatū & Cardinalem eiusdem whitintoni Panegyricon: a Laude quatuor virtutum Cardinalium.

Cum tuas multipharias virtutes virorꝝ praecellētissime tacitus cōsidero: aequi boniq; (velis nolis) cōsulas oporteat? compertū est. Quarū quidē immēsitatem/animo perlustrāti mihi: iter vel ipso Oceano spaciosius / et insuperabilē. lōge lateq; commēsurare videor. Ea enī dicēdi copia affluentissima (vel ipsa prima fronte) sese offert: vt orationis initiū inuenire / sit perq; difficile. exitū vero lōge difficillimū. At vnde primitus emergā / aut vbi pedem prius affigam: haesitabūd⁹ substupesco. Hi aūt qō aliq; factita-

Que vulgi opinione laudabilia existimãtur

re solẽt laudatores) tuas amplissimas fortunas/ magnifica tecta/ opes/ imperia/ idq; genus alia (quae quidẽ vulgus inter bona laudabilia cõnumerant) recensere voluero: vereor/ ne in me retorqueantur ea: quae paradoxorũ primo infert Cicero. Quippe quae imbecillia/ ac cõmutabilia: ne i bonis quidem rebus numeranda esse censet: immo tanq̃ fortunae ludibria. Ista (inq̃t) om̃ia talia/ videmus etiã vt improbi habeant: et obsint probis. Redeam igitur ad ea/ quae Prienaeus ille Bias (inter septẽ sapientes Athenis cõnumerat⁹) bona esse indicat. videlicet animi virtutes: quae nullo volubilis et caece fortunae reflatu/ auferri possint. Sed quarũ claritudinem sequitur immortalitas/ vt memoriae reliquit ille hystoricor. facile princeps Crisp⁹ noster. Diuitiarũ (inquit) et formae gloria/ fluxa atq; fragilis est: virtus clara aeternaq; habetur. Caeterũ de tuis laudib⁹ dicturienti mihi: constipatim sese ingerunt omnes tuae virtutes et prae caeteris quatuor ille germanae Cardineae. At in primis illa oim praestantissima Iusticia: vt cuius vnius imperio (tanq̃ pedissequae) subseruiunt virtutes reliquae.

Laus a iusticia.

A Iusticia igit̃ exordiar. quae virtus vna oim est dña (vt Marci Tullii verbis vtar) ⁊ regina virtutũ: sine qua/ q̃d sunt magna regna? (vt diuo Augustino placuit) nisi magna latrocinia. Sine qua p̃ncipes p̃ncipũ noia amittũt: et in Tyrãni detestabile nomẽ prolabũtur. Haec pfecto tibi hoc euo peculiaris est laus. q̃ virorũ oim vnus flagrantissimo studio/ iusticiã colis et veneraris. Adeo/ vt qui hãc Anglam rẽpublicã ea qua tua aequitas gubernauerit iusticia: ab Anglia condita tibi secundus haud reperiatur quispiã. Tu omniũ causas audis. cõtrouersias (velut in statera) ad perpendiculũ trutinas. et ne a recto examen inclinet vspiam/ Argi oculis circumspicis. Recte cõsulendo/ iuste iudicando: diligentiã remittis nullam. Aurẽ benignã (vt alter Alexander) nõ minus reo: q̃ accusatori praebes. Lites componis/ res dubias decidis/ desideriis hoim citra cuiuspiam odiũ/ aut maliuolẽtiã (quod difficillimum est) satisfacis. Nullum deniq; a tuo sermone tristem (id quod in Vespasiano laudat̃) discedere permittis. Gaudeat igitur/ immo triumphet haec Angla respublica te sibi tanto/ et tam claro antistite ⁊ patrono: quo sospite/ incolumi statu (tanq̃ in tranq̃llo portu) perstiturã sese intelligat. Quo sospite/ ab hostiũ insultu sese (velut adamantino muro) munitam haud dubitet. Interrogat⁹ autẽ Agesilaus vtra virt⁹ esset melior/ fortitudo ne? an iusticia? oppido q̃scitissime respõdit. Nihil (inquit) fortitudine egemus: si omnes iusti fuerimus. Nunq̃ igitur satis laudari poterit Iusticia. Cui si res humanae parere velint: oẽm aetatem absq; vllo discrimine/ immo magna cũ foelicitate degere liceret. Quippe quae pacem ingenerat/ ea est iusticia. Quod si pacem et rerũ opulentiam. Si rerũ opulentiã/ et foelicitatẽ. Quare auro preciosiorẽ eam iudicat diuus ille Plato. Vt quae suũ cuiq; tribuit. Alienũ non inuadit. Et

ꝓpriā vtilitate neglecta/publicā vtilitatē fouet/ac tutatur. Cuius fruendae causa Reges olim sunt ꝯstituti. Cui iusticiae virorꝫ integerrime adeo prorsus es addictus: vt nulla ferme pars vitae tuae ab ea vacet. Sed tam ocio/ q̄ negocio/omnis tuus labor/studiū/diligentia: in ea excolenda versetur.

¶ Accedit ad ornamentū tuae iusticiae virorū solertissime: illa veri indagatrix/singularis (Phoenice vt ita dicam non minus rara) tua prudentia Quae in te ita diuinitus praenitet: vt tanq̄ vnicū huius saeculi miraculū (et merito quidem) habearis et colaris ab omnibus. Quid eni reb⁹ ambiguis et arduis/tam abstrusum/tam abditū/ꝛ a luce remotissimū? quod nō Lynceis oculis facillime aduertat tui diuini ingenii perspicacitas? Adeo vt nemo illorū quos prisca saecula ad coelū fama extulerūt/inueniatur: in quo maior/foecūdior/ꝛ praesentior: q̄ in te vno effulserit prudentia. Nec in Nestore: sed ne in Catone quidem. Neq; in illo/quem tā grandisona tuba efflat ille poetarū p̄nceps/vlixe. vbi dixit. Callentē dic musa virū: qui moenia sacrae. diruta post troiae multūq; diuq; pererrans. Prudētia vero ea virtus est: quae principes/et reipublicae gubernatores maximopere decet. Ut quae variis casibus/ꝛ inopinatis rerū euētib⁹: arduis ꝛ difficillimis negociis praesentissima vbiq; occurrit/consulit/et quasi ex longinquo prospiciens contra cūctos fluctuantis fortunae turbines armata paratur. Eius pulchritudine allect⁹ prudētissim⁹ ille Rex Salomon i haec verba prorupit. Hanc amaui: hāc exquisiui a iuuētute mea. venerūt enim mihi pariter om̄ia bona cū ea. Hanc exquisierūt illi praeclarissimi philosophi: ob eius amorē lustrarūt prouincias/tranarunt maria. Unde agnomē sibi vēdicarunt. Nō ab re igitur dixit Plato de republica libro sexto. Beatas fore ciuitates/ si aut philosophi imperarēt: aut p̄ncipes philosopharētur. Beatā ne ergo dicā hanc nostrā rēpublicā: q̄ tam prouidū habet antistitē? Beatū ne dicā solertissimū nostrū principē Hēricū octauū? qui tam egregiū Consiliariū habet. qui quidē princeps ab ipsis (vt aiunt) vnguiculis optima indole/licet eā prudentiā paterno splendore hereditariam quodāmodo vendicet: prudētissime tamē facit/quod summi nauiū gubernatores/q̄ in magnis tēpestatib⁹ a vectorib⁹ admoneri nō recusant. Nemo eni ꝑ se solus/ita vnq̄ sapuit. Nemo ita oculatus est/vt nō aliqñ labet atq; caecuciat. Praeclarūq; est illud Marci Antonii imperatoris. Aequi⁹ est (inquit) vt ego tot consiliū amicorū sequar: q̄ vt tot talesq; amici meam vnius voluntatē sequātur. Quis nō tantū et tam prouidū laudabit consiliarium? Cuius prudentia Galli ex inimicissimis: ꝛ infestissimis facti sunt nobis amicissimi. Et (quo suasore) duo illi totius Europe reges potentissimi/in perpetuū amicitiae foedus nuperrime sunt cōiūcti. Quot inde putas orientur cōmoda? Quāta pacis trāquillitas? Quāta deniq; rerū opulētissima: scitissime igit̄ ab historiographo nostro dictū. Cōcordia paruae

Laus a prudentia.

res crelcũt:diſcoꝛdia maximae dilabũtur. Non poſſum viroꝝ vigilantiſſime tuam pꝛudentiã verbis ſatis extollere. Nam ſi ſingula tuae pꝛudẽtiae incũbꝛa recẽſuero:pꝛius diem claudet heſperus:q̃ dicendi materia defecerit.

Laus a foꝛtitudine.

¶ Succedit inuincibilis illa tui animi magnitudo viroꝝ ſtrenuiſſime / q̃ vt validiſſimũ pꝛopugnaculũ cũ non mediocri iuſticiae ſplendoꝛe te circũſeptũ vallat. Adeo/ vt neq; in aſperis:neq; in ſecũdis rebus / neq; vllo impotẽtis foꝛtunae impetu concuſſus: a recto iuſticiae tramite incline ris vlpiam. Sed ſemper intrepido pectoꝛe ſubnixus/impauido coꝛde erect⁹/imperterrito animo confirmatus/cuncta aduerſa / foꝛtuita ℞ectoꝛice ſupas. delicis.et expugnas. Animi pturbationes aſperrimo cõtinẽtiae freno cõpeſcis: ꝛ ſub ſeuciſſimo rationis iugo ſubiicis. Ea vero integritate et ꝛſtãtia aĩus tibi eſt vndiq; munitus:ne vnq̃ in ſpumoſam efferueſcat irã: neu in ampulloſam et efferatã inturgeſcat elationẽ/ꝛ inſolentiã:ſeue in exanguem impalleſcat metũ/aut pꝛofundã doloꝛis incidat voꝛaginẽ. Sꝛ ſemper incõcuſſus/infractus/ſolidus in ſe ſubſiſtit. Te eteni nulli⁹ gratia/ nullius odiũ/nullius metus trãſuerſum adigat. Te nulla vincat munerũ largitio:te nulla pꝛiuatae vtilitatis ſpes ſubigat. Quãq̃ dixit Maro. Quid nõ moꝛtalia pectoꝛa cogis Auri ſacra fames? Dicere tñ ipſe potes cũ lyꝛicoꝛũ pꝛincipe Flacco. Et mihi res nõ me reb⁹ ſubmittere conoꝛ. Taceo ãt et quãtos laboꝛes i republica moderãda quotidianos indefeſſo aĩmo perpeteris? Hinc queritabũdae plebis clamoꝛes/hinc cauſidicoꝛũ vndiq; ſtrepitus. inter eundũ et redeundũ vbiuis queritantiũ cõfluxus. Adeo/ vt raciſſimus tibi detur interſpirãdi locus. Ad hoc quanta te vnũ offundũt in hoꝛas (ne dicã indies) ſtudia. curae. vigiliae. circa huius ampliſſimi regni magna et ardua negocia. Is demũ es (fidem facit experientia) cuius vni humeris ſub inuictiſſimo pꝛincipe noſtro Henrico octauo ſuſtẽtatur totꝛ reipublicae onus. Quis igitur nõ efferat illã inſuperabilẽ aĩmi tui magnitudinẽ: quae (vt a Cicerone pꝛaeclare eſt dictũ) in aſperis rebus ꝛ arduis tolerandis maxime elucet. Pꝛopꝛia igitur eſt viroꝝ foꝛtitudo:q̃ ex virtutibus vna peculiari quaſi noie virtus nũcupatur. Eſt eni ex viro virt⁹ appellata. Perinde/acſi virũ foꝛtitudo maxime deceat. Sãctiſſimũ illud de inclusis agris aperiendis Senatuſdecretũ/quod (te auctoꝛe) nuper ſanciẽ eſt ſilentio pꝛeterire nephas videatur. In quo miro ſplendoꝛe pꝛaefulget tui animi magnitudo. Foꝛtes eni et magnanimi ſunt habẽdi (inqt Cicero) nõ qui faciũt:ſed q̃ pꝛopulſant iniuriã. Memoꝛabile igiẽ eſt illud ſtrenuiſſimi Edgari Angliae olim Regis/q̃ ea aĩmi magnitudine accẽſus: vt oĉs non modo feras:ſed etiã feroces hoies ab hoc regno expuliſſe legitur. Tu vero pari aĩmo/nõ feroces hoies ſꝫ ferinos hoim moꝛes extirpare cõtẽdis:qui dus ꝛ hoib⁹ exoſi/vitae cõmunitatẽ aſpernãtes oia ſuis metiuntur commodis. Contra quos diras intoꝛquet eximi⁹ ille Elaias. Meh vo-

bis (inquit) qui coniungitis agrū agro: et domū domui copulatis. Nūquit vos soli habitatis terrā. Hinc est q̄ antiquissimus ille Orpheus poeta et idem philosophus leones edomuisse / et tygrides leniisse memoratur. Qd̄ hoīes a belluina feritate, ad ciuiles mores ⁊ mitiorem vitā persuasit. Merito igitur in te accidit illud sctissimi Hieremiae vaticiniū. Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōstitui te hodie super gētes et super regna: vt euellas et destruas: vt disperdas et dissipes: vt aedifices et plantes. Clausos ei agros aperis: septa euellis et dissipas: aedificia diruta denuo extrui cogis vastos campos aratro diu dissuetas / coli et plātari iubes. Perge igit̄ quo cepisti: et in eo certaminis campo fort̄ persiste. Et dū Anglia incolumis stabit: semper honos nomenq̄ tuū laudesq̄ manebūt.

¶ Superest / vt de continētissima tui animi tēperātia aliq̄d (licet succinctius) memorem⁹. Praeclara quidē est tēperātiae laus quae vt illa phoebeia Lampas hūc orbem sui cursus moderamine certis vicibus horarū / dierū / mēsiū: ⁊ annorū ꝯmēsurat. Ita tēperātia singulis hūanae vitae actib⁹ decor moderamētū: et dimensionē adhibet. Vt quae oēs appetitus effrenes et immodicos cōtinentiae freno coercet. Quae voluptates titillātes. castimoniae iugo supprimit / ⁊ rationi vt pareāt edocet. Quanta ergo in te virorū modestissime fulget illius tēperātiae virtus? Qui in mediis deliciis et prurientibus luxuriantis fortunae illecebris positus / abstinētissime viuis. Singulos et aīmi ⁊ corporis mot⁹ / rationis habena moderaris. Adeo vt tuiipsius dn̄s tibiipsi imperare optimo iure videaris. Quem magis admirabere (inquit Seneca) q̄ qui sibi imperat? q̄ qui se habet in potestate? Quae clarior victoria? q̄ teipsum vincere? Quod maius imperium? q̄ tibiipsi posse imperare. Immania monstra edomuit Hercules: suiipsius domādi impotēs. vt qui muliebri seruituti lasciuissimae sese subiecerit. Orbem deuicit Alexander: seipsum vincere nō potuit: vt qui ebrietatis vitio obnoxi⁹. iracūdia vsq̄ ad homicidiū sese captiuauit. Solertissime ideo dixit Salomon. Qui dominus est sui: fortior est expugnatore vrbium. In paucissimis enim principib⁹ hae quatuor Virtutes cardineae simul iugatae conspiciuntur. Hic etenī prudētiae vmbram assecutus videtur. sed q̄ modestiae fines transcendit. in callidam astutiae notam incidit: monstratur digito versipellis hic / ⁊ simplicitatis inimicus: alienorum criminum inuestigator curiosissimus: suorū celator cautissim⁹. Ille vero animi magnitudine satis pollet: tamen immodice intumuit: efficitur minax. inflatus / supercilia belluino rancore surrigens: nullius rei / nisi suae solius gloriae patiens. Alius iusticiae zelo accensus videtur: ceterum mediocritatis immemor. Nonnunq̄ aut seueriori atrocitate induruit: aut leui animi ductu nimia claementia ad peccandi licentiam patefacit fenestram. At ad te virorum modestissime: vt nostra remigret oratio.

Laus a tēperantia.

vt iustissimus/prudētissimus/ꝛ fortissimus:ita temperatissimus es. Vult⁹ tibi cōstans/et(vt tēpus postulat)hilaris/grauitate conditus/sales tui sine dēte. ioci sine vilitate. risus sine cachinno. vox sine clamore. incessus sine tumultu. Seuerior es i iudicio/ꝫ sermone. vita/ꝫ vultu. In cultu corporis non diffluens/sed ornatus. Victus tibi sobrius: vt qui ad cruditatē nunꝫ comedis. sed ne ad ebrietatē quidē bibis. Palatū tuū nō saporēs nō irritamenta gulae: sed fames suscitat. Cunctis benignus/affabilis/omnibus aequus. Vitiorum omnium fugax: virtutum foecundus. Singulis denicꝫ vitae partibus modum imponens. Accedunt ad quatuor has cardineas virtutes in te luculentissime sitas: et ille quatuor tanꝫ pedisequae. Clemencia/affabilitas/munificentia/et liberalitas: quae licet minoris aestimentur. Reipublicae tamen te amabiliorem: et magis memorabilem efficiūt.

Laus a clemencia.

¶ Cloemētia quae reipublicae gubernatores non parū celebrat in te abunde resplendet. Ab austeritate et crudelitate tantum abes: vt tibi nihil sit magis alienū: nihil magis detestabile. Quippe qui in rebus administrādis mansuetudinē sic amplecteris: vt ab omnibus ameris/lauderis/et reuereris. Quis olim (si nō obstinatissimus) te acerbū habuit reprehensorem: ita hilaritate admonitionē praeuenis. Ad iram semper es tardus. ad misericordiā pronus. Id qō in dictatore Caesare a multis laudabat: qui oēs ꝓncipes cloemētia lōge excelluit. Ad quē scribēs Cicero ita inqt. Nulla de tuis virtutib⁹ Caesar ꝫplurimis gratior/nec admirabilior tua misericordia est.

Laus ab affabilitate.

¶ Quis nō admiretur tuā Affabilitatē: q nō obstāte tua auctoritate et dignitate: tam facies aditus cuiuis(vel infimo)admittis gemibūdas viduas/meticulosos et tremebūdos inopes/mitissimo vultu/ꝛ cōmiseranti animo suscipis. Aurem benignā inclinas/trepidantia corda mellifluis verbis cōfirmas. Laudat Cicero Pompeiū. q ad eū faciles aditus essent: etiā priuatorū. At qt tuarum laudū praecones promereris: q aditū ad te nemini interclusum velis: immo oib⁹ te adeundi tuiqꝫ alloquendi facultatem ꝓmittis.

Laus a pietate.

¶ His virtutib⁹ adiuncta est innata tibi quaedā pietas. Qua hanc patriā tuā Angliam flagrātissimā flagrātissime cōplecteris. Adeo/vt oia tua: immo teipm illi prorsus dedas. Quid memorem quanta sollicitudine eius incolumitatē inardescis: Quot et quantos labores/quāta studia: consultationes in eiuꝫ vnius republica moderāda indefesso animo subiisti: Quot excubias(Argo vigilātius)in eius tutelā ꝓpetuas sustines: Adeo/vt qō olim Caesari Augusto tribuebat: pater patriae merito dici possis.

Laus a liberalitate.

¶ Postremū locū licet occupet liberalitas: in primis tamē laudāda ꝛ ante oia palmā vendicat. Id quod affirmat Aristoteles libro Ethicorū. Liberales inquit maxime oim virtute praecellentiū diligātur. Quare nihil in principe Liberalitate dignio aut decentius. Nihil aios subditorū magis alliciat. Nam vt inqt epygrāmaticus. Nulla ducis virtus dulcior esse potest. Quid aliud praecipitur i his verbiꝫ domini.

(Dāte ⁊ dabitur vobis) nisi vt Liberalitatē exerceamus. Et alibi: vt sacri euangelii prodit historia. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. id est de pecunia ⁊ diuitiis quae de iniquitate proueniunt. Diues enī (vt inquit Hieronymus) aut iniquus / aut iniqui hoeres. Natura ad hāc nati videmur (vt stoicis placuit) hoīes enī hoīm causa gignūtur: alius vt alii prodesse poterit. Pacatus in panegyrico ait. Et rei / et famae cōsulit munificus imperator. Lucratur enī gloriā: cū dat pecuniam reuersuram. Quicquid ī ciues manat a principe: refluit in principē. Unde Cyrus ille Persarū rex Chreso auaro dixisse cōmemoratur. Dū amicos diuites reddo: hos mihi thesauros comparo: et longe quidem fideliores / q̄ si ipse domi defodissem. Hinc Augustus de seipso scribit. Haec mea liberalitas in coelum me euehet. Diuitias illas fugiendas in principe censet Apolonius thyaneus / quae ex tributorū collatione. a gemētibus hominibus proueniūt. Scitissime igit̄ scripsit Rabirius poeta. Extra fortunā est q̄cq̄d donat̄ amicis. Quas dederis solas semper habebis opes. ¶ At ad te vt redeam virorū absolutissime. vt natura cloemētissimus. affabilissimus. et pientissimus: ita liberalissimus es. fidem facit (ipse q̄uis silescam) ipsa celeberrima de te fama. Quāta est tua in omnes munificentia? quāta est in clarissimos viros tuae domus hospitalitas? Decorū valde est (inquit Arpinas orator) patere domos hoīm illustriū illustribus hospitibus. Idq̄ etiā reipublicae est ornamēto. Ideoq̄ Regiae domus amplae esse debent: et laxitate conspicuae: quae cū hospitibus et hominū cuiusq̄ generis multitudine frequētent̄. Apostolus quoq̄ precipit Episcopos in primis hospitales esse debere. Praeterea quāto studio et beneficētia eruditos complecteris. vel ex illa praeclarissima studiosorū turba quam quotidie domi tuae alis cognoscere liquet. Hinc Alexander dicere solebat malle se disciplinis antecellere: q̄ opulētiis. Et Dionisius dicebat se in aula habere et nutrire multos sophistas: et eruditos: vt p illos fieret admirabilis / dignosq̄ apud alios admiratiōe. Et ab Homero rectissime dictū. Calliope regū comes est / ioue nata parēte. Hinc Alexander magnus foelicē dixit Achillem: qui Homerū habuisset sue virtutis praeconē: vt apud Silliū memoriae proditū est. Foelix o aeacida cui tali cōtigit ore Gētibus ostēdi: creuit tua carmine virtus. Bene igitur facis / q̄ eruditos foues: colis: et ditas. q̄ de tuis virtutibus scribētes: tuae famae immortalitatē suis monumētis in posteritatē sunt relicturi. Quod si principes ita fouebūt eruditos se moecenates extiterint: ingenia (obsoleto quasi situ) sopita resipiscēt. Litterae omni barbariei ferrugine detersa nouo splēdore renitescēt. Arbitrio etenī p̄ncipū vigēt ingenia. ⁊ languēt. Ecce iam habes virorū integerrime illam virtutū quadrigā. Qua inuectus erecto si insideris animo. Ad illius optimi: maximi: ⁊ summi Iouis sydereū capitoliū tandē es ascēsurus. duce / auctore / ⁊ tutore / illius summi Olympi gubernatore. in quo valeas bonarū lr̄arū Decus ⁊ praesidiū. Dixi.

Laus ab hospitalitate.

Laus a liberalitate ī eruditos.

C.i.

Ad illustrissimum principem Caralum Brandon Suffolciae ducē Roberti whitintoni Laureati poetae oxoniensis Panegyricon.

Aurea si attulerit virtus heroibus olim
Eximiam laudē. perpetuumq; decus
Dign⁹ ī hoc euo (tāta ē sua plurima virt⁹)
Est Carolus Brandon gloria et honore frui
Cautus si vario stratagemate fulsit Ulixes
Prudens sic Carolus Marte rubente nitet
Astraeam coluit Chyron iustissimus: ecquid
Hoc vno Carolo iustius orbe manet:
Robore prepollens quid non tentaret Achilles:
Ardua que Carolus fortis adire negat:
Omniaq; vt freno moderās Theodosius aequo
Sic Carolus iusta nil sine lance probat
Laus et firma fides Caroli magni orbe refulsit
Hunc fidei pugilem clara Britanna canit
Ut palmae aeternae spes certa armauerat illū
Huic spes firma eadem mille trophea parat
Magnus amor Christi velut illū laude coronat
Hunc sic diuus amor tollit in astra poli
Balsama in hunc fudit septeni chrismatis alma
Spiritus altithroni: quo pia dona sapit
Rite a synderesi sentit quo pallados arte

Laus a septem virtutib⁹: vide licet a. iiij. cardinalib⁹ / ⁊ trib⁹ theologicis septē lr̄is Caroli nois allusa.

Digna arte aetherea: digna Acheronte lacu
Acris consilio grandeuũ Nestora vincit
Et tripodas phoebi: faticinamq; themin
Nunquid in humanis rebus constantius illo?
Aspera nec terrent quem neq; blanda mouẽt
Diuini didicit si non documẽta Platonis
Quid verũatq; decens nouerit ille satis
Omnibus ille pius dux Aeneas velut alter
Tetrica nec fastu pectora tollit honor
Nãq; timore dei manet (vt pompilius) a quo
Munera cuncta tulit: cuncta refert et ei.
Inclyta si alliciat virtus nos iure ad amandũ
Inuida cur Carolo sors inimica foret?
Laudi inhiant multi: virtus auersa repugnat:
Laus comes Carolo seruit vbiq; probo
Laudem adimunt abauis ignauo pectore plures
At Carolus tritauos auget honore suos
Unde hec clara ducũ regũ quoq; stemmata ducta?
Ni virtute. virens qua Carole ipse fluis
Sic tua praepollet virtus vt stella Diones
Syderibus reliquis axe sub ignifero
Tale decus confert rutilans tua fama britãnis
Floribus aestiuis quale rubella rosa

Laus a septem donis spũs scti septẽ lr̃is Caroli cognois allusa.

Rex ergo Henricus te tanto octauus amore
Complectens: meritū ditat honore tuum
Intimus Augusto Moecenas sic fuit. ampli
Uates quem reboant grandisonante tuba
Sic menetiades fertur percharus Achilli
Atride Pylius consilioq; probus
Sic Anchisiade comes ille fidelis Achates
Sicq; phyloctetes Amphitrioniade
Iure petit virtus sibi praemia celsa perennis
Laudis. Nicomaci testificante fato
Mnemosines igitur summu Iouis alma ppago
Laudifluis Carolum cōcelebrate modis
Uiuat in alta volans auris sua fama secundis
Turbine nec laceret candida vela tyche
Magnū Pompeiū quo laus perduxit. et Ancū
Quo Fabios Curios quo simul Emilios
Scipiadū capiat forti dum Marte triumphos
Atrapos haud rumpat pendula fusa colo
Uates pierias multū pallescat ad vndas
Unguibus emorsis dum sua gesta canit
Fata vbi cōplerint aeuum iustum: deus orbe
Et vocet hunc arces in paradisiacas
Fama sui maneat celebris memorāda Britānis

Laudis et exemplar posteritatis erit
Orchomeni triplices Carolum colitote honores
Uestraq; sentiscat numina fausta sibi
Longeuos Carolo cumeae vatis in annos
Fatidicae parce candida fila trahant
Candida fila trahant. heroinenq; Hymenaeus
(Qualis Penelope) iunxit honore sibi
Iunxit honore sibi. natum quae procreat amplũ
Qui patrijs armis eruditus erit
Eruditus erit cataphractas fortibus armis
Congrediens hastas frangere: more patris.
Digna tuis meritis si que tuus inclyte princeps
Parturijt vates carmina: sume libens.
Uera suas de te si laus que venit ad aures
Lõge haec sunt meritis inferiora tuis
Cum dabitur tempus / sapiet mage musa liquores
Aonios: brevitas hoc rude dat quod habet
Etsi nostra tibi nimis indulgẽtia damnet
zoilus: inuidiae (parcito) morbus obest
Mecoenas fuerat vati qualis venusino
Qualis et ocniaco: sis pius ipse tuo

¶ Titulus huius panegyrici ex capitalibus hexametrorum litteris emergit talis.

¶ Ad Carolũ bradon illustrissimũ Sulfolcie Ducẽ.

¶ Ad illustrissimũ virũ Thomã Morum praepotẽtissimi Regis Angliae Hẽrici octaui Cõsiliarium: ac vtriusq; linguae Censorẽ ꝑspicacissimũ Roberti whitintoni incultum Carmen.

SIn quid musa paras: carmine stridulo
Siluarũ latebris assolita asperis
Morũ tune canas: nõ minus agnitũ
Re/q̃ nomine splendidum.

Ut quem Bistonijs hic Rhodopaeius
Incultor fidibus/quem tulit aut Chios
Uates Meonia personitet chely:
Lesbous quoq; barbito.

Hic nam vatificos hisce crepundijs
Fontes imbiberit/quos celeberrimos
Grynaei nemoris praeses hic excolit
Gnatae et Mnemosines nouem.

Facũdae laribus magnificis deae
Hic Suadae est alitus: Pleiones nepos
Huic linguae aurifluae munera contulit:
Et voce amplisona loqui.

Astraeae criticae mystica chrismata/et
Aeris fixa tholo verba minantia
Hic callet: tripodas vel Clarij patris
Soluit Sphingis et abdita.

Res gestas memori mente recondita
In promptu retinet. Romulidũ duces
Gestere aegregiae quicqd: et Attici:
Olim gens recutitaq;

Cum linguae latiae doctus hic oppido/
Cum grecae: varias praetereo exteras:
Mirum/vox eadem tanta ideomata
Exprime sonat/vt suum.

Si quando recinat pierijs modis
Credas Elysijs redditũ huic aetheri
Vatem/quẽ genuit Sulmo: vel inclytũ
Hunc quẽ bilbilis aedidit.

Orantem hũc reputes vel Pyliũ loqui:
Grandaeuũ: latij aut aeloquij patrem:
Tanta ex ore fluit suaui loquentia
Vt quouis animos trahat

Hic creber salibus/vel lepidis iocis
Sed Momi cinici dente carentibus
Scurris ire iubet scomma lycambicũ
Morum censor hic vrbicus.

Virtutũ cumulus cum sibi: neminem
Fastidit tetrica fronte scientulum:

Morosus minime/at moriger est sibi
Morũ quippe ea comitas.
Demorsos licet haec musa britannica
Ungues haud sapiat:si neqz palleat
Riuos pindaricos:sis tamen alter vt
Mecoenas pius arbiter.

¶ Ad eundem eiusdem whitintoni Heraslichon.

Morum te vocitant/qz agendo nil tibi prȝacceps:
At cum matura cuncta agis ipse mora
Discceret vt mores/orbem peragrauit vlisses
At Mori Eutopia plus docet ipsa domi.
Pyramus et Tysbe in morũ conuersi ob amorẽ
Curtureo morus nomen amore capit.

¶ Eiusdẽ Roberti whitintoni in clarissimi Scheltonis Louanien-sis poetae laudes Epygramma.

Vũ terra omnifero laetissima risit amictu
Plena nouo foetu quaelibet arbor erat
Uertice purpurei vultꝰ incepit honores
Extensis baluis pandere pulchra rosa
Et segetum tenero sub cortice grana tumescunt
Flauescens curuat pendula spica caput
Uix Cancri tropicos aestus lustrauit anhelans
Pythius:et nemeae vertit ad ora ferae

Uelper solis equos oriens dū claudit olympo
Agmina stellarū surgere cuncta iubet
Hic primo aspiceres vt Cynthia vecta sereno
Extulerat surgens cornua clara polo
Inde hydram cernas strauit quā clauia trinodis
Alcidae: nitidis emicuisse comis
Tum protyon subijt. prepes lepus hinc iouis ales
Arctos et engonasis sydus et eridani
Igniuomis retinet radijs quae stelliger orbis
Quid multis remorer? sydera cuncta micant
Nutat atlantaeum conuexum pondus: ocellis
Dū lustro haec aegris: vergit et oceano
Tū furtim alma quies repēs mihi. mēbra soporat
Curaq; lethaeo flumine mersa iacet
O mihi q̄ placidis icelos tulit aurea somnis
Somnia musiphylis non caritura fide
Nuncia percelebris polihymnia blanda salutās
Me clarij vt visam numina sacra citat
Ut sequor hāc laet⁹ mihi visus amoena vireta
Et nemorū vmbrosos preteriisse sinus
Scilicet haec montes mōstrauerat inter eundū
Et fontes musae quos coluere sacros
Castalios latices aganippidos atq; medusei

Uidimus alipedis flumina rupta pede
Antra hinc Libethri mõstrat Pimpleidos vndis
Post vada Cephisi Phocidos atq; lacus
Nubifer assurgit mons Pierus atq; Cytheron
Gryneumq; nemus dehinc Heliconq; sacer
Inde et Parnasi bifidi secreta subimus
Tota vbi Mnemosines sancta propago manet
Turba pudica nouem dulce hic cecinere sororum
Delius in medio plectra chelymq; sonat.
Aurifluis laudat modulis monumẽta suorũ
Uatum quos dignos censet honore poli
De quo certarũt Salamin. Cumae vel Athenae
Smyrna chios colophon prim⁹ Homer⁹ erat
Laudat et Orpheum domuit qui voce leones
Eurydicen stygijs qui rapuitq; rogis
Antiquum meminit museum eumolpide natum
Te nec Aristophanes Euripedesq; tacet
Uel canit illustrem genuit quem Teia tellus
Quẽq; fouit dulci coa camoena sinu
Deinde cothurnatũ celebrem dat laude Sophoclẽ
Et quã Lesbides pauit: amore Phaon
Eschylus Amphion Thespis nec honore carebãt
Pindarus/alcaeus/quem tuleratq; paros

Sunt alij plures genuit quos terra Pelasga
Daphnaeũ cecinit quos meruisse decus
Tersa latinorũ dehinc multa poemata texit
Laude nec arginis inferiora probat
Inlignem tollit ter batem cui dedit andes
Cunas: hybs clarũ parthenopaea taphij
Blanda corymna tui pontho relegatus amore
Sulmoni natus Nalo secundus erat
Inde nitore fluens lyricus genere appulus ille
Qui Latijs primus modica metra tulit
Statius Aeacidem sequit thebaida pingens
Emathio hinc scribens praelia gesta solo
Cui verona parens huic mollis scriptor amorũ
Tu nec in obscuro culte Tibulle lates
Haud reticẽdus erat cui patria bilbilis. atq;
Persius hic mordax crimina spurca notans
Eximius pollet vel Seneca luce tragaedus
Comicus et Latij bellica praeda ducis
Laudat et hinc alios quos saecula prisca fouebãt
Hos omnes longum iam meminisse foret
Tum Symmtheus paulo spirans ait. ecce horores
Quae clausa Oceano terra Britanna nitet
Oroniam claram patharaea vt regna videtis.

Aut tenedos delos qua mea fama viret
Nonne fluunt istic nitide vt permessidos vnde:
Istic et Aonie sunt iuga visa mihi:
Alma fouet vates nobis haec terra ministros
Inter quos Schelton iure canendus adest
Numina nostra colit. canit hic vel carmina caedro
Digna: palatinis et socianda sacris
Grande decus nobis addunt sua scripta linenda.
Auratis (digna vt posteritate) notis
Laudiflua excurrit serie sua culta Poesis
Certatim palmam lectaq; verba petunt
Ora lepore fluunt sicuti diues tagus auro
Aut pressa hybleis dulcia mella fauis
Rhetoricus sermo riguo fecundior horto
Pulchrior est multo puniceisq; rosis
Unda limpidior: pariosq; politior albo:
Splendidior vitro: candidiorq; niue
Mitior alcinois pomis: fragrantior ipso
Thureq; panthaeo: gratior et violis
Uincit te suaui Demosthene; vincit vlixem
Eloquio; atq; senem que tulit ipsa pylos
Ad fera bella trahat verbis. nequijt qd Atrides
Aut brisis rigidum te licet Aeacides

Tantum eius verbis tribuit suadela venusq;
Et Charites.animos quolibet ille vt agat
Vel Lacedemonios quo Tyrtheus pede claudo
Pierijs vincens martia tela modis
Magnus Alexander quo belliger actus ab illa
Maeonij vatis grandisonante tuba.
Gratia tanta suis virtusq; est diua camoenis
Vt reuocet manes ex acheronte citos
Leniat hic plectro vel pectora seua leonum
Hic strepitu condat moenia vasta lyre
Omnimodos animi possit depellere morbos
Vel Niobes luctus Helyadumq; trues
Reprimat hic rabidi Saulis sedetq; furores
Inter delphines alter Arion erit
Ire cupidineos quouis hic cogat amores
Atq; diu assuetos hic abolere queat
Aulpice me tripodas sentit.me inflante calores
Cõcipit aethereos.mystica diua canit
Stellarũ cursus.naturã vasti q; Olympi
Aeris et vires hic aperire potest
Vel quid cũctiparens gremio tellus fouet almo
Gurgite quid teneat veliuolũq; mare
Mõstratur digito phoenice vt rarior vno

Ecce virum de quo splendida fama volat
Ergo decus nostrum quo fulget honorq; sorores
Heroas laudes accumulate viro
Laudes accumulent satyri iuga densa Lycaei
Pindi vel Rhodopes maenala quiq; colunt
Ingeminēt plausus Dryades facilesq; Napeae
Oreadum celebris turba et Hamadryadū
Blandisonū vatem vos Oceanitides atq;
Maiades innumeris tollite preconiis
Eterno vireat (quo vos celebrauit) honore
Illius ac astris fama perennis eat
Nunc maduere satis vestro nunc prata liquore
Flumina pierides sistite Phoebus ait
Sat cecinisse tuum sit mi Schelton tibi laudi
Hec whitintonum. culte poeta Uale

¶ Ex capitalibus Hexametrorū litteris solerter cōpositis emergit hoc Distichon.

Quae whitinton⁹ canit ad laudes tibi Schelton
Anglorum vatum gloria sume libens

¶ Eiusdē whitintoni in quendā zoilum.

Flumineos inter cygnos cur ꝑstrepis anser
Te fonte haud mirum plus iuuat vsq; lacus
Cur furta obijcias vati cornicula fur tu

Cur pulpamentū quaeris et ipse lepus:
Jrus egens victū nequis coꝛradere aliunde
Candidulos vates ni sycophanta nigres
Haud asinū quaerat nisi te Lardarius extis
Poꝛtandis: liꝛam te vncta culina petat
Te vncta culina petat: lingonem culus et ipse
Et cuculos inter tute cucullus eris
Mulas ꝙ mutiles mutus nomen tibi mullas
Heus muscerda tibi mutuo nomen erit.

¶ Expliciūt Roberti whitintoni Oꝛonie Pꝛotouatis Epygrammata: vna cū quibusdā Panegyꝛicis Jmpꝛessa Lōdini per me wynandū de woꝛde. Anno post virgineū partū. M. CCCCC xix. decimo vero kalēdas Maij.

W X C
de
wynkyn
worde